



CONSTITUTIO SOCIETATIS LITERARIAE

Cum
UNIVERSITATE STUDIORUM CRACOVIENSI
CONJUNCTÆ.

80874

139

Literariarum Societatum institutio, quum ubique terrarum ad incrementa scientiæ et humanitatis non parum roboris et auxilii adfulisset; nunc autem Cracovia libera sub tutela Trium Augustissimorum Monarcharum spem futuræ felicitatis maximam alat, quam summa rei literariæ cura ab iisdem Orbi universo patefacta, confirmavit, non potest non confidere Societas Nostra Literaria, id fore, ut conatus ejus ad augendum apud nostrates literarum et humanitatis Studium, non solum bene, sed etiam feliciter cum prosperrimo bonæ voluntatis successu, accipiantur.

Societas hæc Literaria conjuncta artissimis cum Universitate Cracoviensi vinculis, hoc consilio constituta fuit, ut in omnibus disciplinis et artibus, scientiam indies augendam adjuvaret et promoveret. Adsciscuntur igitur Socii, qui et Honori

A

sint

sint Societati & operam cum pluribus communicatam, communi studio promoveant.

§. I.

Societatem Literariam Universitatis Cracoviensis constituent omnes Professores docentes et Emeriti ii, qui Cracoviæ vel viciniæ habitant. Omnes autem disciplina, erunt curæ Societati Literariæ.

§. II.

Rector ab Universitate Cracoviensi creatus, erit Præses Societatis Literariæ per omne temporis spatium, quo honore suo defungitur.

§ III.

Societatis Literariæ Sodales erunt:

1. *Honorarii.*

Qui Socius Universitatis Cracoviensis Honorarius factus est, idem erit Socius Honorarius Societatis Literariæ.

2. *Ordinarii seu Actuosi.*

a) Ex officio: omnes Professores docentes et Emeriti, præterquam, si quis Emeritorum vel ætate nimis pro-

profecta, vel adversa valetudine prohibitus fuerit, quo minus partem laboris susciperet.

b) Exadlectione: Omnes cujuscunque ordinis cives literati in numerum Ordinariorum Sociorum adscisci possunt.

3. *Correspondentes.*

Erunt Omnes Eruditi, tam nostrates quam peregrini, quos longinquitas habitationis impedit, quo minus præsentem laborem nobiscum communicent, qui tamen absentes, vel scriptis, vel cōsiliis nos juvare voluerint.

Socius Honorarius quisque, pro diplomate extradito, tres aureos nummos ponderis hollandici, Ordinarius et Correspondens, unum solvet.

§. IV.

Officia Sociorum ordinariorum hæc erunt:

1. Ut e sua quisque disciplina dissertationes scribat, vel in publicis vel in privatis Sessionibus Literariæ Societatis, ordine suo prælegendas.
2. Ut Sessionibus quisque adsit.

3. Ut annuam symbolam pro expensis Cancellariæ et commercio literario quisque conferat.—

§. V.

Sessiones Societatis Literariæ erunt:

- 1) Privatæ die 15. quovis mense, in quibus legentur dissertationes Sociorum et literæ ab exteris allatæ.
- 2) Publicæ quotannis ternæ Sessiones, in quibus legentur dissertationes solennes, et relationes de statu Societatis Literariæ, per Præsidem quotannis factæ, quæ relationes typis mandabuntur.

§. VI.

Labores Societatis Literariæ incipient die 15. Octobris, finientur autem die 30. Junii.—

§. VII.

Sectiones Societatis Literariæ sunt Sex:

- a) Theologiæ
- b) Jurisprudentiæ
- c) Medicinæ
- d) Mathematicarum et Physicarum
Disciplinarum.
- e) Literariarum et Historiarum Disci-
plinarum. f)

f) Oeconomica, technologica et omnium artium quarumcunque scientia—

Verum quum Consilia, æque ac labores Societatis Literariæ non nisi conjunctis viribus promoveri placuit, sectionum dispartitio, neutiquam unitati Societatis oberit.

§. VIII.

Claris arte sua artificibus, liber erit accessus ad Societatem Literariam.

§. IX.

Aula Jagellonica locus Sessionum.

§. X.

Symbola annua quolibet mense sex florenis constabit, ad manus Secretarii Societatis conferenda.

§. XI.

Socii quotannis Vice-Præsidem creabunt in Sessione publica.—

§. XII.

Secretarius Societatis nullam confert symbolum. Idem ad triennium creabitur.

§. XIII.

§. XIII.

Ad privatas Sessiones pertinent:

- 1) Creatio Sociorum a selectiori Consilio commendatorum—
- 2) Judicium de dissertationibus et discernenda quæstio: quæ dissertationes typis mandandæ, quæ ad acta reponendæ sint. Hæc autem deliberatio secretis suffragiis dirimetur.

Consensus secretioris Consilii a duobus tertius suffragiorum dependet in adsumendis Sociis.

Ad justam Sessionem privatam, quindecim Socii requirentur.

§. XIV.

Secretius Consilium, Rector, Vicepræsides, Secretarius et octo Socii quotannis electi efficient, cujus erit:

- a) Commendare novos socios.
- b) Constituere ordinem legendarum dissertationum.
- c) Regere curam reddituum et expensarum.

Quis-

Quinque præsentés, sufficiunt ad res expediendas in Consilio selectiori.

§. XV.

Lingva Polonica in dissertationibus præcæteris servanda, sed possunt quoque legi dissertationes Latine. Alienigenis licet lingva patria uti.

§. XVI.

Rerum gestarum memoria et Litterarum vernacularum profectus, et virorum, qui eruditione et scientia excelluerunt, laudatio cum necrologo Sociorum, erit curæ Societati Literariæ.

§. XVII.

Acta Societatis Secretarius conservabit, cui id officium incumbet, ut dissertationes omnes in manuscriptis servet, donec post mortem Sociorum; ut opera posthuma in proprietatem Societatis veniant, aut elapso decennio, eidem præscribantur. Tum in Bibliothecam publicam eadem inferentur.

§. XVIII

Societas Literaria utetur Sigillo Universitatis, cum addita epigraphe: Societas Literaria Universitatis Cracoviensis.

§. XIX.

 §. XIX.

Quæ ad acta Societatis non referentur, ea legi non possunt.

§. XX.

Socius quilibet Ordinarius potest postulare, ut dissertatio, quam legit, typis non imprimatur, si quidem censuerit, eam non hunc in finem scriptam fuisse, ut evulgetur, sed ut tantum in usum Societatis lecta fuerit. Post mortem Auctoris competit jus Societati, ut quod negatum erat ab Auctore, publicæ luci scriptum, id sua ipsa auctoritate iam evulget.

§. XXI.

Si quæ dissertatio imprimenda essa non censebitur, nemo id ita accipiet, ac si impressione indigna sit, sed ita potius habendum est, impressioni per temporanea impedimenta, nullum fuisse locum.

§. XXII.

Societas nec confirmabit, nec rejiciet opiniones in dissertationibus lectis vel dedicatis.

§. XXIII.

Societas non judicabit de libris imprimen-

mendis vel impressis, qui non sunt sui juris. Nulla censura, vel notatio librorum vindicabitur Societati.

§. XXIV.

Societas, florente rerum statu, suis impensis opera integra edere poterit.

§. XXV.

Dona Societati illata, in Musea Universitatis referentur, in quorum proprietatem abibunt—

a) Libri ad Bibliothecam.

b) Numismata et alia antiquitatis cimelia ad Musea Universitatis.

c) Minera ad museum Mineralogicum.

§. XXVI.

Societas die 28. Febr. An: 1816. Acta incipiet, Constitutio hæc, ad triennium condita, elapso hoc temporis spatio, iterum examinari et si necesse fuerit, in melius mutari poterit, si Selectum Consilium id opus esse censuerit.

Ad duas tertias Suffragiorum in Sessione plena partes, de Constitutione lata pertinet arbitrium.

Ita visum fuit in Sessione Senatus Academici die 24. Januarii 1815.

Litwiński

mp.

Rector Universitatis

Julianus Czermiński

Secr. Univ: Crac.



Socii Honorarii. Universitatis Cracoviensis et Societatis Literariae.

Albertus, Sereniss: Regni Pol: Princeps, Dux Saxo— Tessinensis.

Bergonzoni Michaël, Med. Doctor.

Capo d' Istrias, Comes, Minister Secretarius Status, Externorum Negotiorum. Imperii Rossiarum, multorum Ordinum Eques.

Czartoryyski, Adam, Princeps, Senat: Pal:

Horodyski Andreas, Referendarius Status.

Linde, Samuel Theophilus, Rector Lyc: Vars:

Łubieński, Felix, quondam Minister. Justitiae Ducatus Vars:

Miączyński, Ignatius, Plenipotentarius, extraordinarius Commissarius Augustissimi Imperatoris omnium Rossiarum et Regis Poloniae.

Nowosilzoff Consiliarius intimus, actualis, ac Senator Imperii, Commissarius Plen. Augustissimi Imperatoris Rossiarum in Regno Poloniae plurimorum Ordinum Eques etc. etc.

Ossoliński, Josephus Maxim: Comes, Praefectus Bibliothecae Cæsareæ Vindobo.

Potocki, Stanislaus, Comes, Senator, Palatinus, Minister, Præses Commissionis Religionum et Educationis publicae.

Radziwiłł, Antonius, Princeps.

Reibnitz, Ernestus Vilhelmus, Baron, Plenipotentarius extraordinarius Commissarius Augustissimi Regis Borussor.

Sweerts Spork, Josephus, Comes, Plenipotentarius extraordinarius Commissarius

rius Augustissimi Imperatoris Austriae.
Wodzicki, Stanislaus, Comes, Praeses Senatus liberae Civitatis Cracov, et Vice-Praeses Soc. Lit.

Zamoyski, Stanislaus, Comes, Senator Palatinus.

Socii Honorarii Societatis Literariae.

Arnold Georgius Christianus, Doctor Med. et socius multarum societ. literar.

Barszcz, Valentinus, Senator. liberae Civit. Cracov.

Bode Joannes, Astronomiae Prof. in Univ. Berolin.

De Capellini, Thomas Phil. et Med. Doctor Eques ordinis S. Vladimiri.

Dobrowski, Josephus, multar. societ. literar. socius.

Frank, Joannes Petrus, Consiliarius intimus, Doctor Med. Archiater Augustissimor. Imperator. Austriae et Rossiae.

Frank, Josephus, Archiater August. Imp. omnium Rossiar.

Gliszczyński, Antonius, a consiliis Status Regni Pol.

Gostkowski, Vincentius, Praeses. Tr. Pal Cr.

Harles, Christ. Fred. Doctor Med. August. Regis Bavariae Archiater

Hermes, Timotheus Joannes, Superintendens Eccles. Aug. Conf. Wratisl.

Huffeland, Christ: Vilh. Doctor Med. Augustissimi Regis Borussor. Archiater

Kreisig, Archiater August. Regis Saxoniae.

- Kuropatnicki Josephus*, Comes
Lubomierski Henricus, Princeps.
Linowski Alexander, a consiliis Status Re-
 gni Pol.
Lobenwein Joannes, Rector Accademiae
 Vlnensis.
Mieroszewski Stanislaus, Judex pacis.
Morawski Josephus, olim. Referendarius a
 consiliis Status et socius Direct. Edu-
 cat. publ.
Mokronowski, Generalis.
Nikorowicz Josephus, Praeses Jud. Appell.
 lib. civit. Cracov.
Niemcewicz Iulianus Ursinus, Senator Ca-
 stellanus.
Roebor, Fred. Archiater August. Regis Sa-
 xoniae.
Sobański Michaël, Praeses Jud. Appell. Di-
 strictus, Haysinensis.
Sierakowski Sebestianus, Comes, Præposi-
 tus Cathedralis Eccl. Crac. Senator.
 Civ. Crac.
Skorkowski Carolus, Decanus et Canonicus
 Capituli Cracov.
Sniadecki Joannes.
Staszic Stanislaus, a consiliis Status et Prae-
 ses Societ. Lit. Vars.
Stadnicki Ignatius, Comes in Samokleski.
Stadnicki Antonius, Comes in Czulice.
Stadnicki Antonius, Comes, Zmigrod.
Stift a consiliis status, et Archiater
 Augu. Imperatoris omnium Rossiar.
Surowiecki, Secretarius generalis Ministe-
 rii Educationis Regni Pol.

Trzebiński Ignatius, Hæres in Czusow.
Wielogłowski Gaspar, Praeses Commissionis Palatinatus Cracov.

Woronicz Joannes, Episcopus Cracov.

Wodzicki Josephus, Comes.

Zieliński Ignatius, Praeses Commissionis Palatinatus Polocensis.

Socii actuosi Societatis Literariae.

Valentinus Litwiński, Rector Univ: Crac.
 Prof. Juris crim. et Proceduræ civ.
 Praeses Societatis.

Paulus Czaykowski, Prof. Lit. Pol. Secretarius Societatis.

Bandtkie Georgius Samuel, Prof. Bibliogr.

Badeni Ignatius, a consiliis Palatinatus Cr:

Boduszyński Augustinus, Prof. Jur. Rom.

Boduszyński Adalbertus, Prof. Med.

Bogdanowicz Valerianus, Prof. emer.

Boucher Petrus, Prof. Lit. Goll.

Brodowski Josephus, peritus artis pictoriæ

Czermiński Julianus, Prof. Hist. Univ.

Czochron Sebastianus, Prof. emer.

Dembowski Sebastianus, Legatus Districtus Skalmiriensis et socius Ephoratus Scholar. Palatin: Cracov.

Drake Joannes.

Dubiecki Mathæus, Cancellarius et Canonicus Capituli Cracoviensis

Estreicher Aloisius, Prof. Bot.

Fiiatkowski Martinus, Prof. emer.

Garycki Bonifacius, Prof. emer.

Gilles Nicolaus, Prof. Theol.

Girtler Sebastianus, Prof. Med.

- Grodzicki Felix*, Senator lib. Civ. Crac.
Hoszowski Nicolaus, Senator liberæ Ur. Cra.
Hube Carolus, Prof. Math.
Januszewicz Josephus, Prof. emer.
Kostecki Franciscus, Prof. emer.
Krzyżanowski Adam, Prof. Cod. Civ.
Kudrewicz Florianus, Prof. Theol.
Ligocki, Franc., Parochus Oswiecimensis.
Łancucki Vincentius, Praelatus et In-
 fulatus.
Łęski Josephus, Profes. Astronomiæ.
Markiewicz Dominicus, Prof. Theol.
Markiewicz Romanus, Prof. Phys.
Markowski Josephus, Prof. Chem.
Matakiewicz Antonius, Notarius Judicii
 Appell. lib. Civ. Crac.
Mieroszewski Hyacinthus, Secretarius Se-
 natus.
Mieroszewski Joannes, in Odonów.
Mieroszewski Joannes, in Malkowice.
Mieroszewski Ignatius, haeres in Górka.
Przybylski Hyacinthus, Prof. emer.
Radwański Felix, Prof. emer. Sen. Ur. Crac.
Sawiczewski Josephus, Prof. Pharm.
Sapalski Franciscus, h: t: Professor Geomet.
Stotwiński Felix, Prof. Jur. Nat.
Sołtykiewicz Josephus, Prof. emer.
Soczyński Carolus, Doctor. Med.
Sołtyk Teodorus, Canonicus Cracov.
Sołtyk Vladislaus.
Sołtyk Carolus.
Szaster Antonius, Prof. emer.
Tomaszewski Josephus.
Trzeciński Andreas, Prof. emer.

80874

Włyński Sigismundus,
Wozniakowski Ignatiu
Zarzecki Stanislaus, S
Cracoviensis.

Socii Cori

Bandtkie Vincentius,
Bentkowski Felix, Pro
Boscamp Adolphus C

missar: Augustiss: Regis Borussiae
ad limites constituendos delegatus

Configliachi Petrus, Prof. Physi: Ticini.
Czarnecki Edvardus, Canonicus Plocensis,
et Secret: Societ: Liter: Varsov.

Falkowski Jacobus. Rector Szczucin:

Gorecki Antonius, Eques ord: militar:

Kopitar Barthol: Secret: Bibliothecæ Vin-
dobone :

Lorentz, Fran: Xav. Commiss: Circuli
Bochnen:

Menciszewski Philip. olim Prof. Univ. Crac.
Nowicki Joannes.

Paritius, Christ: Freder: D. Phil

Poullin Paschalis, Socius. Societ: liter Vars:

Skorzewski Raymundus, Comes

Stoephasius Joannes, Prof. Lycei Varsav:

Szaniawski Xaver. Prof: Jur: Univ. Vars:

Szweykowski Adalbert: Prof: Univ: Vars:

Urmowski Clemens, Iudex Appell: R. Pol.

Węgrzecki Stanislaus, Iudex Appell: R. P.

Wolfeil Casimitus, olim Visitat: Scholarum.

Załuski Josephus, Comes, Capitaneus, ad

Latus Augu: Imperatoris Rossiarum, Or-
dinum Milit: Eques.

Biblioteka WSP Kielce



0229220

